Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36647
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

esse sibi ipsi dare non potest. Circuitu igitur quod minus habuit dubium in esse qui ab alio esse accepit. Quod autem a semetipso in esse aliis dare non potest. Ergo quisquis ille est qui res esse constituit ab alio esse in accepit. Quod unde quis liquido comprehendat. Ita si quidquid est creaturam esse dicimus. nullum inveniemus. Nostra igitur nos natura instruit. ut creatorem habemus eternum. cui suum vel proprium est quod subsistit. quia si ab alio esse accepisset. prima rerum origo uetarent dici in posset. Si enim aliquando in erat. a se ipso, tunc in habuit. Si nec primus dici potest. si ab alio esse accepit. Igitur si creator est. semper fuit. Intrem ut a semetipso est. in esse potest. Quidquid enim a semetipso est. huic idem est esse vel quod est. ita aliunde esse in accepit. sequitur necessario ut semper sit. neque ut aliunde auferre possit. quod aliunde datum in sit. Ergo necesse est ut ita creatorem credimus. hunc nec principium nec finem habere posse confitemur. Principium enim in habet quod semper fuit. nec finem quod nunquam desinit. Neque igitur eternum preter creatorem solum est. neque creator sit eternus esse potest. Hanc cognitionem irrationali motu inveniunt. ut scilicet creatorem eternum habemus. qui principio caret. ita semper fuit. finem in patitur ita semper erit.

Huic autem cognitioni certi quoque motus attestantur. i. animalis. naturalis. localis. In animali namque motu sunt sensus vel appetitus. Omnis autem naturalis appetitus in rebus explementum inuenit. neque aliquis ordinatus et affectus. quem suus effectus consequi in possit. Vbi gratia. Circumeunt animalia. inuenunt quod comedant. sitiunt inuenunt quod bibant. algent inuenunt quod caleant. Constat igitur quod prudentia precessit. cui consilio hoc tunc cautum est ne quemquam indigentius rerum necessarium presidium deest. Qui enim appetitum instituit. ipse alimenta